

et si pu
 erit ex p
 os. **Q**
 quia
 sic fenu
 in pmanes
 non gaude
 et. **S**
 in vris
 male filii
 sterna ne
 iam nobis
 dam. **Q**
 ne **le po**
 milia qua
 sic no du
 in inoce
 dormitu d
 glari qua
Q
 indas erat

Hic est conventus
 nobis iuniorum in hoc est
 dominica cena memoranda. In
 quibus enim sua cena plerumque
 admittuntur. Et alii quidem
 esurunt. alius autem ebur est.
Non quid domos non habent ad
 manducandum. et bibendum. et
 ecclesiarum dei acceptant. et co
 stituit eos qui non habent.
Quod dicitur nobis. Laudo vos
 in hoc non laudo. Ego enim ac
 cepti a domino: quod et tradidi vobis.
 quoniam dominus ihesus in qua nocte tra
 ditus. accepit panes et gratias
 agens fregit et dixit. **H**oc est cor
 pus meum quod pro vobis datur.
 hoc facite in mea commemo
 ratione. **S**umit et calicem postquam
 cenavit dicens. **H**ic calix no
 vum testamentum est in meo sanguine

Carmina Nuptialia

Dn.

THEODORICO

STEINMETZIO LIPSI-

ENSI, PHILOSOPHIÆ ET

utriusq; Iuris Doctori, virtute, ingenio,

doctrinæ eruditione & experientia

clarissimo viro, SPONSO;



Honestissimæ pudicissimæq; virgini

CATHARINÆ,

Spectatissimi viri Dn. VV O L F G A N G I

VV I N C K E L M A N I quæstoris VV E I -

D A N I, filiæ:


dedicata

Ab amicis coniugium concors utriq; à

DEO precantibus.


Ad diem XXVIII. Aug.

ANNO MDCCIC.



L I P S I Æ

Michaël Lantzenberger excudebat.



28

28



TH

TH

CA



Nari

T

Substi

H

Absen

T

Subj

e

Angw


G

Hic

L

Adfis

Scena



Nuptijs

THEODORICI STEINMETZII. I. V. D.



CATHARINÆ VVINCKELMANIÆ.



*Vi mores hominum varios lustrabat &
urbes*

DIETRICHVS legum cognitione valens.

Nariscos petijt, populum cui tempore prisco

Prator, Romano nomine, iura dabat.

Substitit hic noster, qui libertatis amore,

Hactenus haud potuit vincula ferre loci.

Absentem à studijs sacris mirantur amicae

Pleisiades Musæ, quas reuerenter habet.

Subijcit his Augur: Vestrũ quem vota requirunt

ANGVLVS in Pratis cœpit amore sui.

Angulus eximiũ qui mox dabit amphitheatrum,

Quod viuo è saxo LATOMVS arte struet.

Hic ludus dabitur Charitum, Musisq; sacrata

Lætè ducetur festa frequensq; dies.

Adsis propitiis nauo DEVS alme labori

Atq; tuo nutu nobile surgat opus.

Scena referta siet pueris lepidisq; puellis

Moribus egregijs ingenioq; patris,

*Sacros qui Charitum ludos celebrare decenter
Nörint, Musarum portio magna chori.
Sic Et Latomium venerabilis amphitheatri
Vnum praecunctis fama loquetur opus.*

Cornelius Becker Theo-
logiae Licentiatus & Pa-
stor ad D. Nicolai.




A L I V D.

M Artia castra sequens, & climata multa pera-
Infelix Ithacus multa pericla tulit. (grans,
Postea Penelopen magnorum in fine malorum
Inuenit, & Veneris suauia castra subit.
Sic THEODORICVS, miles per sacra sororum
Templa nouenarum Iusticiaeq; fuit.
Impiger inde migrans per plurima regna, per vrbes
Innumeras, redijt cultior arte domum.
Nunc igitur meritò potitur mercede laborum,
Dum sponso ex votis sponsa pudica datur.
Cum qua vt longæuos feliciter exigat annos,
Faxit, huic sponsam qui dedit hancce, Deus.

Iosephus Behr V. I. D.


A L I-



A L I V D.

Mortales fecit primos *AMOR*, omnia seruans,
 Mortalesq; nouos gignit honestus *AMOR*.
Nubere suadet AMOR Musas quoq; nubere gaudet,
Nupsisse & nunquam pœnituisse sinit.
Omnia vincit AMOR vertitq; in dulcia amarum,
Auribus obrepens suauia garrit AMOR.
A castoq; arcet lites, & iurgia lecto,
Ignem fouens intus pectora bina suo.
Insidias metuit nullas AMOR, omnia suffert
Vnum vult & idem, grataq; præstat AMOR.
Vos qui iunxit AMOR, vos idem seruet amantes,
Coniugium vobis reddat AMORQVE bonum.

M. Georgius Iustus Superint.
VVeissenfee.



A D S P O N S V M.

VI F A T I mira connubia conciliari
 Ad probat exemplū, candide SPONSE, tuum,
 Mille peragraſti loca nam terraq; mariq;
 Quæ BELGA & SAXO, GALLVS & ANGLVS habent.
 Vndiq; præſtantes formâ, virtute puellas
 Aſpectare tibi contigit innumeras.


A 3

Quarum

Quarum laude sua claret quoq; Balthica Chimky
(Nosti quam nobis vocula dicta notet)
Ast tua non potuit præcordia lædere telis
Vlla cupidineis quæ modò visa fuit.
Vnica quæ VV E I D A E latuit C A T H A R I N A puella
Non procul à patrijs sedibus oppidulo,
Ex cuius splendet generosum pectus ocellis
Cor primo aspectu vicit amore tuum.
Nec mora; dum sponsam petis hanc ab utroq; pa-
Omnia succedunt, ceu pia vota volunt. (rente,
Arridet virgo, pater annuit, ordine recto
Legitimi fiunt foedera certa thori.
Sic planè F A T I ductu hæc C L A R I S S I M E S P O N S E
Venit in amplexus S P O N S A pudica tuos.
Tædas ergò nouas thalami genialis amator,
Et posthac fato dexteriore beet.
Ut sint læticiæ permulta nec vlla dolorum
Tempora, coniugij sint sine lite dies.
Hoc precor, hoc opto deuotè; cœlitùs illud
Firmetur votum, pectore & ore precor.

*M. Abraham Suarinus Ecclesie
Sceudicensis pastor.*

Ad V.



AD V. CL.

D. THEODORICVM STEINMETZIVM

I. C. SPONSVM.

Quam dudum optasti LVCEM; Theodrice; viarum
Longas ambages inter & innumeras;

Dum populos varios, lateq; patentia regna
Orbe sub Arctico visis & Occiduo.

Gallia quâ longas terrarum prospicit oras;
Imperitatq; truci Nympha Britannia Salo.

Qua procul undisonis obiecta Batâuia campis:
Dania quâ medijs edita surgit aquis.

Hanc LVCEM ILLVXISSE vides; quâ gaudia plenis
Passim ineunt velis, Deliciaq; mera.

Quâ tibi Nupta venit nova; qua vel moribus esse

QVARTA CHARIS, formâ vel queat esse VENVS.

Quam Pietas, quam sancta Fides, sinceraq; Amoris
Flamma tibi faustis destinat auspicijs.

O LVCEM AVREOLAM; ô bellam, qua munere tanto
Prateriti pensat tadia curriculi.

Quis renuat talem sortem (modò spes vocet vlla)

Per terras omnes, per vada salsa sequi?

Iam BELGÆ NYMPHÆ, CHARITESq; faceßite DANÆ;
Et quicquid VENERVM Gallus & Anglus habet.

Vna THEODRICI NYMPHÆ, una CHARIS, VENVS una
Oris habet palmam; palmam habet ingenij.

Quid maius IOVAM poscemus; sponse; nisi illas
Ut firmet dextro numine delicias?

Sic utring; erit unus amor; mens una; suoq;

Non deerunt VIVÆ tempore DELICIÆ.

M. Ioan. Friderichus Vu. Natur.
scientiæ prof. ixißtaos.

A 4


ALI-

ALIVD.

L Atome conuiuas me inter cupis ire iugales,
Et vellem, si res officiumq; sinant.
At nunc, ut maneam, votis tamen insequor, Et te
Ad sponsam precibus non sine mitto meis.
Det **D E V S**, ut felix via sit, ductuq; benigno
Accipiat manibus te Catharina suis.
Det letas mentes, hilari conuiuia caelo,
Et mensas donis donaq; pace beet.
Si thalamum intretis, thalamū sua gratia cingat,
Ut benè sit vobis, ut benè sponse cubes.
Omnia festiuè, concorditer omnia, summi
Auspicijs fiant quæ peragenda **D E I**.
Sic ubi principio coniux reddere beato,
Et pater Et fias omnia dante **D E O**.
Hæc comitem pro me tibi dent mea vota, salutis
Nuncia Et in pompam conuenienter eant.

M. Vincentius Schmuck
Lipſiæ v. d. Minister.

Felicitis




Felicitis coniugij { initium }
 { medium } faciunt duae { Virgines : Humilitas & oratio.
 { finem } { Matresfamil. Timor Dei & patiétia.
 { Comites : Fides & gratitudo.

*T*uq^{ue} tuumq^{ue} subit tadas cor Sponsa iugales
 Latome, qui Phæbo, qui Themidiq^{ue} places.
Pronubus ecce Deus tua iam connubia firmat,
 Pectora qui fido iungit amore duo.
Sed tua, dic, qua sunt, qua sunt tua Latome vota?
 Nonne ut felicem dent tibi fata torum?
Non dubito: heus ergò, qua sint facienda, monebo,
 Hac tu dicta memor condita mente tene:
Virginibus charissima eat tua cinctà duabus
 Vna humiles animos, altera vota ferat.
Huic Deus haud quicquam (promisit ut ipse) negabit,
 Illam perpetuò gratia Dia fouet:
Qua si praesentes fuerint, praesumptio stulta
 Mox abit, & Fidens pectore virgo ferox.
Illa suis maiora, ah demens, viribus audet,
 Hac ob dona Dei corda superba gerit.
Coniugij cursus fuerit tibi deinde secundus
 Matronas iunget si sibi Sponsa duas.
Vna DEI timor est, qui munera largare reportat,
 Alteras sed patiens cor mala cuncta ferens.
Has ubi conuerso videas discedere vultu,
 Iratoq^{ue} aliquam linquere corde domum:
Mox ipsa impietas; mox murmura saeva subintrant
 Cura Rei cedit, deuius error adest:
Deniq^{ue} coniugio continget clausula felix,
 Eliget has socias si tua Sponsa duas:
Vera Fides vna est, Grati altera pectoris ardor,
 Ibunt prae vobis haec super astra duces.

*Illi per Christum certa est data vita salusq;
Hec altè celebrat talia dona Dei.
O fortunatam tanta virtute decoram,
Sponsam: ô felicem, cui datur illa, virum.
Econtrà ingratos mala Desperatio tanget,
Quæ fons aterni principiumq; mali:
Hoc absit vobis, precor, ornatissime Sponse,
Sit bona sors vestri duxq; comesq; tori.*

M. David Büthner minister Verb,
diuini Lips. ad D. Thomæ.




V O T V M.

Quem patrius splendor, Pallas, suadela, Themisq;
Nec non peregrinatio,
Optima formatrix morum gnauo, ornat & auget
Condignè honore maximo:
Vir Sophia, nec non duplici, Clarissime, Iure,
Nostrum decus, noster & Amor,
Te quoq; Cypris amat (quis enim nisi stultus & excors
Dotes amaret non tuas)
Namq; tibi Genere & Forma, & Virtute decoram
Propriam dicauit virginem.
O benè sic factum; factum hoc semper benè duret,
Nec vlla mutet horula,
Sed noua quæq; ferat secum noua gaudia; nunquam
Vt cesset; ô factum benè.
Dum Puer alatus, dulci cum matre Dione
A te nouella & coniuge,
Temporis haud absit puncto, quæis assecla perpes
Sit gratiarum turbula.

Atq;


Atq; Lari suavis, Plutus, vestro vsq; sit hospes,
Hygēa verò propriam
Sedem conciliet sibi, sedem vbicunq; locare
Vos, ipsa, vestram viderit.
His subscribe DEVS, cui cuncta obnoxia parent,
Supraq; vota coniuges
Prosperitate bea, voti genetricibus, vt sit
Hoc matrimonium, pijs
Ceu mensura, suæ proli benè quando precantur,
Exemplar & sit optimi
Coniugij cunctis, in quo longo ordine natos
Nepotulorum posteros
Lætantur vegetos vegeti numerare parentes
Concorsq; crescit caritas.
Crescit amor, crescunt in quantum pignora lecti,
Et familiæ fidè suum.
Expediunt munus, diffundit largaq; cornu
Opes referto copia.

*M. Casparus Caspari F. Iunger-
man Lipsiensis, I. V. Candidatus.*



PASCVA DIETRICO digito Venus aurea monstrat,
Nomen ab euentu nobile ritè ferant.
ANGVLVS & ceruam quam post carecta latentem
Offert, plus oculis curatq; amatq; suis.
Sit felix hæc præda precor, colophona laborum,
Cæteraq; adijciat commoda quæq; dies.

M. Ambrosius Bardenstein An-
næbergensis, Scholæ Lips. ad
D. Thomæ collega.



ΕΥΧΩΛΗ ΓΑΜΙΚΗ.

ΤΡΙΣ μάκαρ, ὦ Μνήσες, ἢ τετράκις ἦατα ἀληθῶς,
 Ὅς δύσφρευκτον ἐπεροαίει δια νόμα τοκῆθ.
 Κοινωνῶ γλυκερὰν νεῦσῆς ἐκλέξασθ δύνῃς,
 Κέρειω Χειροσεβῆ, ἥβης καλὸν ἀνθῆθ ἔχουσαν,
 Καὶ κοσμηθεῖσαν θυμόντε νόοντε τρέποισι
 Μείλιχίοις. Ὡς γὰρ Θεὸς αἴχρα πάθη νεμεσάει,
 Καὶ βλαβερὰν τερπώλει; ὡς σκληρῆσι τίς τε
 Θωαῖς μαχλοσώλει ἔτω καὶ ἀμύμονα ζῶντα,
 Πόρονδυσιν τε πάσαν, καὶ μοίχικα λέκτρα φύγοντα;
 Ἡθ' ἅμα αἰρεῖσθαι ἱερῶ γάμω ἔργα φανῶντα
 Σφοδρὰ δὲ εὐγετέει, πολλαῖς χαρίτεσι πυκάζων.

Χαῖρε σοι εἴν, πολυγράμματε Νύμφιε, χαῖρε ποθητῆ
 Εὐὸ ΚΑΘΑΡΙΝΑ, ἥ φρεσὶ σαῖς πολυφίλτατη ἐστὶ.

Μείλιχον ὄμμα τρέποι πρᾶυς Θεὸς αἰὲν ἐς ὕμμαις
 Καὶ δὲ δαιμονίαν πορεοῖ, καὶ ὁμόφρονα δύνῃ,
 Τεκνογονοῖο γαμοῖο διδοῖ μάλα γλύκεα ἄθλα,
 Ησύχιον αἰῶνα, χ' ὑμῶν νόθ' ὅσα ποθεῖ.

Elias Schönfeldt
 Penicensis,

F I N I S.

aut emissa voce magna ex
piravit **px. nr.** Et uidi ce
phi lassu e' in duo. alio me uita
deorsu. Vides aut' e' in quo
exadulo stabat. ga sic clamor
expirasti ait. Ver' hic homo
di filius erat. Erat aut' e' in
heres de lege aliter. Me
qs erat in me. Me' p' d' e'
et maria. In me' p' d' e'
yoseph' man' e' salu' me
Et cu' e' in me' p' d' e'
eu. et misit. Me' p' d' e'
miser q' h'ent e' in me' p' d' e'
u' h'ent. **ex.** **E**rat
seru' e' in me' p' d' e'
erat qd' e' in me' p' d' e'
yoseph' alio' p' d' e'
decurio qd' ipse e' in me' p' d' e'
decurio di. Et au' d' e' in me' p' d' e'
me' p' d' e' e' in me' p' d' e'